

Alte Drucke

**NAINIAI, THREODIAI KAI EPITAPHIA || IN OBITVM NO=||BILIS
ET HONESTISSIMÆ MATRO-||NAE MARGARETHAE
SCHVVAERTZIN: NO=||bilissimi & spectatissimi viri ...**

Rosenbach, Johann Wilhelm

Ursellis, 1595

VD16 ZV 31078

VIRTUTE, GENERE, PIETATE, DOCTRINA AC RERVM VSV NOBILISSIMIS VIRIS,
DOMIno Hectori ab Holtzhausen, Patricio Reipub. Francofortensis ad Moenum
primario: & Domino Philippo Gvendio, &c. Praefecto ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149708



VIRTUTE, GENE-

RE, PIETATE, DOCTRINA AC RE-
RUM VSV NOBILISSIMIS VIRIS, DOMI-
no Hestori ab Holtzhausen, Patricio Reipub. Francofortensis
ad Mœnum primario : & Domino Philippo Gvendio, &c.

Præfeto Hassiaco, VVetzlaræ agentis: affinibus συγγάμ-

βοις, de funere nobilis & honestissimæ matronæ

Margrethæ Schwartzin, &c. cum socru

& conjugibus dilectiss: suis

ludentibus,

Dominis atq; Fautoribus suis perpetua observantia colendis

Gratiam atq; solatium à Deo Patre per filium Iesum
Christum, in Spiritu sancto, P. P.



OS fuit olim Romæ, Nobilissimi atq; Cla-
rissimi viri, vt ingeniorum aut industriæ
specimē exhibituri, non pauci propinquos
& amicos suos, quos in vita dilexerant, in
funere laudarent. Atque istiusmodi ora-
tiones siue cantilenæ funebres multis non
exiguam laudem peperere, aditumq; ad
notitiam eruditione, virtute & eloquentia
conspicuum virorum, honestamq; atq; præclaram famam
consequendam patefecere. Ego verò non in eum finem car-
mina funebria cantans, huc in conspectum vestrum clarissi-
mum prodij: quòd aliquam hac ex re ingenij, quod sanè vel
nullum vel perexiguum in me esse agnosco, aut eloquentiæ,

A 2

quam

quam vt alios sibi arrogare libenter patior, ita à me alienam
esse confiteor, laudem captare velim: sed vt affectum meum
rùm erga vos, cùm erga eam, de qua modulaturus sum, decla-
rem atq; testatum faciam. Optarim autem, si ita DEO Opt.
Max. visum fuisset, vt viva potius optimæ ac honestissimæ illi
matronæ eam observantiam & gratitudinem, quam pro ipsius
virtute atq; ingentibus erga Ecclesias nostras beneficijs ac
meritis debebamus, præstare possim, quàm mortuæ ei hunc
qualem cunq; honorem habere. Vobis autem Clarissimi, do-
ctissimi atq; integerrimi viri, qualem cunq; hoc venæ aridæ & je-
junæ *ἑγὼ μακάρεσσι* inscribere ac dedicare volui: tùm quòd ho-
nestissima illa matrona, de qua nobis sermo est, vos habuerit
affines æquales & *συγγάμους*, tùm quòd amantissima atq;
studiosissima vestrùm fuerit, & nihil vobis gratius fieri posse,
quàm si fama defunctæ (vt fuit, & adhuc est celebris) ita etiam
nunc dignissimè celebretur. Qua in re, quandoquidem id
quod potui facere studui, accipiat is oro studium meum equis
animis. Hisce vos omnes & singulos, cum tota vestra familia
splendida, DEI Opt. Max. præsidio submissè commendo.
Ansbachij, calamo festinante: prid. Calendarum Sextilis:
Anno 1595.

Clariss. Dignitat. vest.

Subjectissimus atq; addictissimus

Ioannes Guilelmus Rosbach divini
verbi minister ibidem.